



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

LXXXIX. Aduersus S. Ignatium scribens, castigatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

nomine ; & hic demum se palam verisque indicis dæmones proferant. Se illuc sedem ingenti numero habere, obtinere corpus vniuersitatem beneficiis obstrictum ; nihil omisisse quo illud perimerent, fuisseque planè rem confecturos, nisi eo sibi tantoper exculo Ignatij nomine compellerentur, se prodere ; post hoc sibi vicissim animos addere, & extimulare mutuo ad standum in gradu, & vim quamlibet sustinendam. Egit tamen hæc prima occulti hostis manifestatio, vt esset ægra immunis à febri, serenior animo & tractabilior, cibumque admireret, tametsi, quam parcissimum poterat, si esset sacris precibus expiatus, quem à profano bellè discernebat. Eductis iam in campum hostibus initur pugna; præmittitur à serenissimis parentibus ipsaque ægrotia S. Ignatio votum, adeundi Romæ illius sepulcri, ornandique piis donariis in eucharisticum liberationis. Vnaquæque sacrarum exsecrationum vibratio adiuncta S. Ignatij inuocatione, magno numero hostes expellebat ; iussi prodire qui laterent, & præsto esse ad linguam, vel pedes, imperatis parebant ; signa dabant coacti discessus quæ iniuncta fuissent ; ab Iesu Maria vnoque Ignatio se pelli conclamabant, licet alios item sanctos alij Sacerdotes in opem accenserent. Fuit inter nefarios spiritus obstinate potens, qui ne tanta vi vrgeretur, possessam ad extrema redigit, & pertinaciter obliuetatus, tandem in exitu tam deformati specie exterruit, vt eius deinde recordatione inhorret Dietum viginti conflictus hic fuit, & die Conceptæ Deiparæ debellatum est denique, suaque cum turma residuus hostium, stationem penitus liberam reliquit, morbisque omnibus quos consciuerant dæmones absolutam, decantata Dco ex ritu Ecclesiæ laudes, votaque in sancti honorem religiose perfoluta.

LXXXVIII.  
Societati per  
infensus ab  
s. Ignatio  
mutari.

Condomi Vasconiae vrbe, ciuis alioqui honestus, perinfenso erat non modo in Societatem, sed in eius quoque Parentem odio, tantumque aberat, vt quæ nomen decerent, honorémque Beati, Ignatio recens attributum de illo loqueretur, vt passim potius simulationis illū fugilaret, & histriónica pietatis, atque ad hoc eius lectoraret gesta, vt ea vel in hypocrisim malignè detorqueret, vel in malam historici fidem, pergeréque ex iis conuicta, & dieteria fingere. Spectabat hunc suum è celo Ignatius inimicum velut phreneticum medicus, eique à Deo misericordiam poscebat. Nocē igitur, incertum dormientinè, an vigili, adstitit beatà verendum maiestate, & choro stipatus cœlestium, racens quidem, sed per aliquam horæ partem spectandum se sistens, sub discessum vero tam blando illum intutus est vultu, tam dulci amoris perfuso illecebra, vt hic eius animum oculorum iactus configeret. Lecto desilit, conturbatus, flens, fronte humum verrens, iniuriarum veniam ab eo petit, sumptam ex abaco eius vitam suauit, rigatque lacrymis, sanctè pollicitus, tum S. Ignatio, tum Societati æterna deinceps obsequia, & obseruantiam tanto sanctiorem quanto ipse fuisset iniuriosior.

## LXXXIX.

Longè aliter cessit cuidam alteri, sed religioso, cuiuscumque tandem Ordinis

Ordinis fuerit, indigno certe religioſa veste. Is Girondæ in Aragonia ſæculi huius anno vndecimo, ſeu iuudicis ſiue incredulus, ſatyram aduersus S. Ignatium aggressus eſt ſcribere, cuius cum partem affectam relegit, miratur ſuam manum, ſuo ab ingenio diuerſam, contraria omnia dictanti inge- nio vel maliitia ſcripſiſſe; nam præter laudes nihil re legebat qui nihil præ- ter probra manui ſuæ dictauerat. Errore igitur factum ſuo id putans, reſumpto ſtylo, quod conceperat mente, denuo contexit; at ecce tunc etiam dictanti ſcelerato, manus propria Ignatij laudes, pro conuictis reddidit, ac mirum, quantumuis furioſe in cœpta incubentis, non veniſſe in mentem illam manus, in aucto ingenio, operam, non poſſe errori attribui. Repetitā er- go tertium rabie, eodem ſuccelū deluſus eſt, ſed nihilominus ſtupido pa- riter, tibique indignanti, dum ſacrilegium integrat, reuulfus calamitus in medium cubiculi diffiliſit, ipſaque eadem occulta vi intorta eius manus in- gentem iplimē colaphum impegit, quo tandem aliquando pudefa- cetus, & pauens, colligit ſeſe, ſtylumque, & animam erga S. Ignatium mutauit.

Raphael Valcancerius Majoricensis, quadriennis ægrotus deſtitutione vi- rium interiebat. Cibi quatuor iam dies nihil admiferat, fueratque ad ſupre- mam laetam ſacro oleo inunctus, vocatus ē Societate, qui eum iuuaret ut Christianè moreretur, reliquias ſecum S. Ignatij attulit, & licet exper- tem rationis, & ſtupentem, iis tamen dueta cruce signauit, commen- dauitque S. Ignatio, quod iplum, & vxor præſtitit, ſpondens ſi conua- leſceret ſe diem S. Ignatij Feito annuo culturam, daturamque tribus pau- peribus prandium. Votum conceperat, & vires ſtatiſ redire, circumſpicere adſtantes, mentem recipere, moueri, cum tanquam cadauer antea iace- ret, febri denique poſta valere. His ſoror acceptis, magnoperè indidem remedium carcinomati ſperauit, quo erodebatur iam per biennium. Su- cepti ex voto ſacellum S. Ignatij nouemdiali cultu adeundum, illius imagi- nem ab uno ē noſtris patribus acceptam, parti affectæ appoſuit, & inde iam ſibi melius fieri aduertens, paucos intra dies bellissimè va- luit.

Benedictum Lopelum iuuenem, præfectum vnius ex Peruui fodiniſ, dum fugitiuum requirit mancipium, latrones quinque ex infidiis inuadunt, equo deturbant, proterunt, vulnerant, pro mortuo relinquent. Cumque il- los primum conſpicatus, enixē S. Ignatium in ſui defenſionem inuocasset, vidit illum ſemper interponentem ſe illorum furori, vibratōſque iectus per- inde pallio, vt ſculo retudentem ſurgens demum post eorum diſceſſum, ve- ſtes, & pileum multis locis punetim, caſim, forata, & lacera comperit, inta- ſto corpore, ac ne minima quidem punetione præſtricto.

Gandiæ anno ſeculi primo Vincentia Cotziæ ſeptenni puellæ, fauces in- tercluſerat angina, iamque triduo nihil cibi transmittens non diu ſuperfutu- ra credebat, affertur ad eam imago S. Ignatij, quam eius avus ſculptor co- ronide ornandam acceperat, docetur sancti opem rogar, ſequi ab eo (vti &

*Aduersus S.  
Ignatium  
ſcribens, ca-  
ſtigatur.*

## X C.

*Moribundus  
ſanatur.*

## X C I.

*Aduersus  
quinq; graſ-  
ſatones, in-  
nocantem ſe  
S. Ignatius  
defendit.*

## X C II.

K K k 30 aliis